בשש״:

PRÆFAMEN.

Tractaturi b. c. Deo, locum D. Apoſtoli Pauli ad Roman. c. XII. v. 1. rem omnem tribus conabimur expedire Sectionibus, quarum

I. Continebit Textus exegeſin.

II. Suggeret argumentationum ad Theſes heterodoxas adſtruendas ab adverſariis ex h. l. exſculptarum diſcuſſionem.

III. Exhibebit Textus ad praxin veram Chriſtianiſmi applicationem.

Quæ omnia feliciter ut eveniant, devotis DEUM Trinunum ſollicitamus precibus.

Verba ipſa tàm quoad Fontes, quàm quoad Verſiones nonnullas ſic habent.